

Vota et gratulationes in  
honorem & felix omen  
admodum reverendo &  
eminentis...

*1 Ic 1647 4:o Laurelio*



National Library  
of Sweden



2125

V O T A  
E T  
GRATULATIONES

In Honorem.

&  
FELIX OMEN


*Admodum Reverendo & Eminentissimo,*

**DN. OLAVO LAURE**

**LIO**, S. S. Theolog. Doctori & in Regiâ Upsalien-  
si Academia quondam Professore celeberrimo; posteaq;  
Ecclesiæ Metropolitanæ Holmensis Pastori prima-  
rio, & Consistorij Præsidi: Nunc autem Lau-  
datissimæ Dioceseos Arosiensis Episcopo  
legitimè inaugurato.

*Ab amicis, quondam discipulis, & clientibus in Regiâ  
Fennorum Academia p.t. degentibus, obsequij &  
observantia causâ fusa & consecrata.*

Mense Junio  
Anni virginei Salutiferiq; partus  
clō Ioc XLVII



A B O Æ

---

*Excudebat Petrus Wald / Acad. Typogr. 1647.*



*S. S. Scriptura definitura Theo-  
logum, Appellat.*

Hominem Dei, *Tim: 3, 17.* Virum spiri-  
tualium desideriorum *Dan: 9, 23.* Servum fide-  
lem *Mat: 25, 21.* Dispensatorem mysteriorum  
*1. Cor: 4, 11.* Luminare mundi. *Matt: 5, 17.* Sal  
terrae. *Mat: 5, 17.* Ministrum Christi, *1. Cor: 4, 1.*  
Pastorem animarum. *Heb: 13, 17.* Planta-  
torem & rigatorem, *1. Cor: 3, 6.* Epi-  
scopum, *1. Tim: 3, 1.* Angelum  
*Apoc: 3, 1.* Christum  
vel unctum *Psal.*  
*105, 15.*

Et quid non.

DOCTOR LAURELI multis dignissime Lauris;

Quas aetas omnis, conditioq; tulit.

Non refero claram tibi quae collata Magistri

Olim; quam merito nempe Sophia dedit.

Non repeto variâ quod eras & in arte Professor;

Rara est quam hoc munus, haedera progenit.

Testis ego multos interq; Academia testis

Salana est; Doctorem illa satis loquitur.

Regia quin pariter urbs est Stockholmia testis;

Quae Laurum atq; aurum te meruisse fatur.

Ergo bonis avibus nuuc pulpita Arosia scande;

Atq; gregem Christi dirige salvificum;

Dirige compositumq; bono simul ordine clerum;

Omine ter fausto deniq; PRÆSUL ave.

Det tibi pro meritis; bonitate suaq; Jehova.

Ut patriæ prosis catibus usq; pijs.

L.Mq; deproperabat

MICHAEL O. WEXIONIUS Sp.prof.

Ponite Wesmanni cupressum, sumite LAURUM,

Præcessit RUDBECK nosq; sequemur eum.

Clausus jam RIVUS; LAURI sed vos foveat umbra.

Ab pateat voveo, pluribus illa quies!

Gratulans apposuit

JOHANNES E. TERS, Minor.

A 20

Pro

Profopopœja

AD VESTMANNIAM

**T**Res operum antiqua moles, montesq; Superbi,  
Urbibus ac populisq; frequens VESTMANNIA culta.  
Vosq; Triumphales arcus, & alog; Sagittæ  
Equata, Clara donec monumenta vigeant  
Cur semper mœstas ducit Philomela querelas?  
Cur soror aeterno sic Carmine luget Achillem.  
RUDBECK? pol pietate gravem, meretisq; verendum  
Abstulit atra dies, & funere merfit acerbo.  
Fata manent omnes & inevitabilis hora:  
Et qua dispensant mortalia fila sorores  
Non exorato sic pollice pensa trahabant.  
Hinc mihi qua dulci fueras, Vestmannia, vita  
Charior, excute jam conceptos mente dolores.  
En alium, cuius gestus, vultusq;, animusq;  
Sermo, oculi, cultus, probitas, industria, virtus,  
Toti Urbis spectata, juventutiq; probata est.  
Ergo agite indignos de me compescite luctus:  
Deniq; flere aliquid nullo reparabile luctu,  
Est animi nimium sat desipientis acumen.  
Salve Ingens pietate heros, Dîs æmule Salve,  
Vive, vireto, Valeq; vigil, vegetusq; vigeo.  
Aurea Secla Vale, Vestmannæ Gloria gentis.  
Nete Dea optati paulatim Præfulis annos  
Et lentâ tenuate manu tam nobile vellus,  
Et trahite ad seros hæc aurea secla nepotes.

Quam gratulationis ergo apponebat.

JOHANNES M. GARTZIUS  
Arbog.

Far-

**F**ortiter in bello Solers qui gesserit arma,  
 Larga referre solet, quoq; munera digna labore.  
 Nam veluti feritur, talis quoq; messis habetur.  
 Fama viros animo insignes, præclaraq; gesta,  
 Sic sequitur semper, comitantur comoda mille.  
**LAURELI** quoq; sic *Excellentissime Doctor*,  
 Sacræ Theologiæ virtutis lumine fulgens:  
 Fulisti, fulgebis adhuc in tempora cuncta.  
 Sis Sanus, sano, sanam gere corpore mentem,  
 Ingenium excelsum, sic munia ritè sequuntur,  
*Præsulis Arosia* ut nomen, sic omen habeto.  
 Sis felix itaq; *Antistes, Dignissime Præsul*.  
 Tota Diæcelis felix sit, & incola cunctus.  
 Sit cceptum felix quoq; sine felicia cuncta.  
 Hinc ergo meritò, virtutis præmia magna,  
 Hinc meritò, tantum sic quisquis reddet honorem,  
 Hinc certè; Certè hinc meritò gratantur & omneis,  
 Tanto oneri, tantumq; virum, sic ritè præesse,  
 Perge ut capisti, precibus conjunge labores,  
 Atq; tuos ausus, Sacra Numina macè juvabunt:  
 Omnia quò vergant, in laudem cunctipotentis,  
 Qualia sunt hæc, *Mecænas* cape fronte serenâ.  
 Vive valeq; diu mi *præclarissime Præsul*,

*Summa observantia ergò*

ERICUS ANDRÆ GODEMIUS Westm

**C**ertamen ineunt justum, *Vestmannia clara*,  
*Holmia* percelebris, Patria chara tibi.  
*Pascere te genetrix Gnatum Vermlandia gestit:*  
*Holmia pastorem te cupit esse suum:*  
*Obtinuit palmam tandem Vestmannia victrix*  
*Illius ut fieres Præsul ut ipsa cupit.*

A 3

Præ-

*Præsuleris magnus districtus Arrosiensis:*  
Omnem sic almo rem moderante Deo,  
Percelebris præsul Patriæ Ecclesiæq; superstes.  
Vivas, Pierij Portus es aura chori  
Præsidiumq; decusq; meum, venerande Patrone,  
Annos Nestereos vive valeq; vige

Observantiæ ergo crenâ volanti  
Lusit

JONAS NICOLAI Vestman.



**E**X animo veluti doluit *Vestmannia* tota  
Cum moritur Doctor Celebris *Rudbeckius*, antè:  
Illi, qui præerat dignè per tempora multa;  
Sic ponit luctus & cantat iubila læta,  
Quando legitimè cleri Præsul Venerandi  
Eligitur Doctor Sacrosanctæ Theologiæ  
*Laurelius* celebri famâ super æthera notus.  
Hunoc Professore[m] viditq; Vbsalia clarum,  
Audiit hunc Christi spargentem dogmata pura,  
Holmia sublimis, simul ac Reginaq; celsa.  
O nos felices! O ter quaterq; beatos!  
Quis oritur Sidus tanto splendore coruscans?  
Terpsicore veni, vos Pierides simul omnes  
Venite & mecum votivum Pfallite carmen.:  
*Præsidis accessus felix fiat Venerandi,*  
*Prospera cuncta ipsi succedant omine fausto,*  
*Nestereos annos degat, serosq; nepotes*  
*Incolumis videat, vivat chara Patriaq;*

Com-

*Commodus, ut voveo sincero cordis amore,*  
Hæc Mea cunctipotens vota secundet Jova.

*Debita Reverentia contem-  
stande ergò hæc cecinit*

ANDREAS DANIELIS THREZZIUS  
Cuprimontanus.

**S**cripta tua ostendunt *Præsul* tua dona perampla,  
Nempe trahis quercus, fluvium, Saxa, feras  
Allicis, invitas, flectis mortalia corda,  
Ad præcepta Dei nos veneranda vocas.  
*Præfueras* olim *Mæsis*, fuerasq; *columnis*  
*Sacris*; Jam recipis *Sollicitatus* oves  
*Paſce* illas *Reverende Pater* quas pastor ovilis  
Emerat effuso Sanguine Christus oves.  
Sic te longa dies memori non eximet auro  
Post Cineres. Tibi sit vivida vita Pater.

*Tumultuarie admodum modulabar*

JOHANNES AND. TIBELIUS.

**L**AURELI Doctor, Dalkar Le gloria Gentis,  
Atq; decus Patrij, Vir Reverende, soli.  
Cujus inextincta longo virtutis ab ævo,  
Laurea ab invidiæ fulmine tuta vivet.  
Aonidum salvo decus clarissime præsul  
Delicium charitum, Pie idumq; Pater  
Gratulor hinc Patriæ, Patrijs templisq; Scholisq;  
Ullis quæ temet, sunt habitura suis,

Sed

*Sed nunc hisce vale, valeat lectissima conjunx,  
Et valeant semper, pignora chara tori.*

Boni ominis causa L. Mq;. F.  
GEORGIUS ERICI Copingensis.

**I**N pretio veluti fulvum mortu'ibus aurum est  
Sic quoq; Laurelius, laude vehendus erit,  
Quod virtus meruit celebris, doctrinaq; prestans  
Hoc cè meret probitas, hoc cè meret pietas,  
Te rerum Dominus Christus regat, acta secundet,  
Ut per te crescat, Gloria magna poli  
Cunctis sisq; bonus, facilisq; bonisq; pijsq;  
Sic tibi, sic DEO Gloria magna veniat.

LAURENTIUS ANDREÆ

**N**on me Pierides promptam fecere Poëtam,  
Idcirco brevibus ne prorsus, a symbolus essem  
Constitui calidum metris includere votum:  
Omne ter fausto, præsul, Celeberrime Doctor,  
Fias, Atq; gregem pretioso sanguine Christi  
Emptum rite regas, musis favcas quoq; doctis.  
Ter felix vivas multos per Nestoris annos,  
Floreat ampla domus, vigeat castissima conjunx  
Favriter & valeant gratissima pignora lecti,  
Sic mea Musa vovet: Valeas dignissime præsul.

PETRUS ANDREÆ Wangstelius,

